

GABRIELIS DEGAST  
ANTECESSORIS AVRELII DIS-  
PUTATIO DE ACTIONE ARBITRA-  
ria Ad L. centum capuz. D. de eo  
quod cert. loc. dar. oportet.



A V R E L I A E.

*Ex Typographia Eligij Gibierij, Aurelianensis  
Vniuersitatis typographi.*

1576.



NOBILISSIMO VIRO  
MICHAELI DEGAST SANCTI  
SATVRNINI DOMINO PATRVO  
charissimo, Gabriel Degast Antecessor  
Aurelius. S.



*T*A mihi pridem instituta est studiorū  
& vitæ meæ ratio, patrue charissime,  
ut eorum fructum omnem, quisquis is  
eſſet futurus, in communem omnium  
utilitatem cōferendum ducere. Quod  
etſi me, publica ex ſuggeſto iuris noſtri  
authorum interpretatione, aliqua ex parte aſſecuturum nō  
diſſidebam: quo tamen longe lateq; magis ea manaret, nec  
iſtis ſcholæ noſtræ cancellis cōprimeretur: quæ publice diſputo  
& enarro, ſimul edere conſtitui. Ut dum ita publicum acci-  
pient, pluriſbus & prodeſſe, & probari queant: ac inde,  
illud forte conſequamur commodi, ut gratiora, & accep-  
tiora exinde ſint quæ paramus. Quando ita natura compa-  
ratum eſt, ut rudes adhuc rerum aſtimatores nihil probent,  
quod non vulgi adſensus aliquis commendauerit. Sic itaq;

A. ij.

# GABRIELIS DE GAST

## ANTECESSORIS AVRELII

DISPUTATIO DE ACTIONE ARBITRIALIS  
arbitria Ad L. centum Caput. D. de eo  
quod cert. loc. dar. oportet.

**V**ULGO traduntur quatuor modi  
quib' actio Arbitraria efficitur. Pri-  
mus est, adiectio loci, cum quis cer-  
to loco pecuniam sibi dari stipula-  
tus, eā alio loco petit: quo casu su-  
dex in condemnatione arbitratur  
quantum intersit pecuniam potius loco promisso  
solui, quam quo petitur. Locus enim stipulationi  
adiectus efficit, ut contra strictæ actionis naturam,  
arbitrandi facultas iudicii permittatur. Secundus est,  
iuramentum in item, cum quis restituere iussus, præ-  
cepto Iudicis dolo non paret. Quod usq; adeò inter-  
pretibus placuit: ut inde generaliter proditum sit,  
omnem actionem, quæ ad restituendum competit,  
sive in rem, sive in personam sit, hoc modo arbitra-  
riam effici posse Bart. in L. in actionibus D. de in  
item iuran. Tertius est, contumacia, propter quam  
pœna arbitrio iudicis imponitur: veluti quadrupli  
in actione quod metus causa L. sicum exceptione  
A. ij.